

Heinrich Wilhelm Scharff David Horn

Dynamiscopiam Divinam


Rostochii: Richelius, 1677

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730608697>

Druck Freier  Zugang



RU. phil 1677



BENE VORTAT!
**DYNAMISCO-
PIAM DIVINAM,**

Amplissimæ Facultatis Philosophicæ
benevolo indultu

In
FLORENTISSIMA ACADEMIA
ROSTOCHIENSI,

Publicæ ventilationi submitunt

PRÆSES

M. HENRICUS WILHELMUS

Scharff.

Bardovico-Lynenburgenfis,

&

RESPONDENS

DAVID *Horn* /

Stralsundensis

In Auditorio Majori

Ad diem Maj. Anno 1677.



ROSTOCHII,

Typis JACOBI RICHELII, Sen. Typog.

1677

L. P. Döbel.

1777

WILHELMUS
FRIDERICUS

Academicus
Professor

IN ORIENTIS
ROSTOCKENSIS
SALUBER

FRIDERICUS WILHELMUS

RECTOR

DAVID

in

ROSTOCK

1777



QVOD DEUS BENE VERTAT!

AVEU ωεσιμίυ.

§. I.



Otentiam divinam considera- *Datur*
turus, statim ab initio moneo, *DEUS,*
dari DEUM, de qvo hoc attri-
butum recte prædicatur, &
quamvis multa recenseantur
genera, sive viæ demonstrati-
onis, qvibus à posteriori exi-
stentiam DEI investigant Phi-
losophi, uti *Moralistarum Prin-*
ceps Thomas part. 1. q. 2. Art. 3. qvinq; vias affert, pri-
mam à motu, alteram à causa efficiente, tertiam ex
possibili & necessario, qvartam ex gradibus perfecti-
onũ, qvæ in rebus inveniuntur, qvintam ex guberna-
tione rerum; nos missis cœteris via à causa efficiente
desumpta existentiam DEI probamus: supponimus
vero qvædam cum *Thoma* tanqvam per se nota, qvic-
quid fit, fieri ab alio, & in iis, qvorum unum fit ab a-
lio, non dari progressum in infinitum.

§. II.

Probatu hoc difficile non est, qvia omne illud, *quod de-*
qvod fit, debet non esse priusqvam fiat: Ergo vel est *monstra-*
à seipso, vel ab alio: non à seipso, qvia non est, &

A 2

qvic,

tur tali
argu-
mento.

quicquid non est, non habet potentiam produ-
cendi aliquid, multo minus seipsum, ergo ab alio
factum est, à quo habebit esse sive in esse suo de-
pendet; de hoc ultimo quæritur, an sit à seipso,
an ab alio, & sic rursus, quia autem progressus in in-
finitum absurdus est, debeat in aliquo ultimo subsiste-
re, quod vocatur ens non factum sive increatum,
hoc est illud, quod nos intendimus, de quo etiam
Grotius in Immortali Opere de l. B. & P. L. 2. q. 20. N. 3.
p. m. 553. ita loquitur. Istarum quas contemplativas
diximus notionum veritas haud dubie etiam petitis
ex rerum natura argumentis demonstrari potest, in-
ter quæ illud validissimum est, quod res aliquas fa-
ctas esse ostendat sensus, res autem factæ omnino
nos ad aliquid non factum deducunt: *Vid. Excellentis-
simi Philosophi Slevogtj Diss. Acad. II. (qua denuo cu-
rante Excellentissimo Dn. Veltbem Moraliū Doctore in
Academia Jenensi, Fautore meo æsumatissimo Publici ju-
ris fient) de lumine naturæ in divinis, in qua tum Cice-
ronis, tum aliorum Ethnicorum testimonia adducit. Be-
cani Theol. Schol. P. 1. de DEO & attributis divinis. Sua-
rez. Diss. 29. T. 2. Gonet. Theol. Thomist. T. 1. Marcum
& Baudunio in Paradiso Theologico T. 1. Zabarella Li-
brum de Invent. æterni motoris C. 1. p. m. 253. Bonaven-
tura P. 1. Sententiarum P. 1. Dist. 3. Petri Lombardi Sent.
L. 1. Dist. 3. Cap. 1. p. m. 5. Maresii Syllog. Diss. Select. D.
de natura DEI & divinis attributis p. m. 66. 67. & seq.
Heerebord. Meletem: Philos. Pneuma: L. 2. p. m. 44.
Bellarm. L. 4. de gratia & Libero Arbitrio c. 2. p. m. 707.
709. 713. B. Dn. D. Georgij Calixti Viri omni laude superi-
oris, quod Encomium huic Magnō Kiro tribuit B. Dn: D.
Mullerus Theologus quondam in hac Academia celebra-
rimus in Tract. de Jesu Patienti §. 5. p. m. 20. Diss. de DEO*

uno & trino An. 1611. Helmasladi habitam D. Henrici Mul-
 leri Theolog. Scholast. C. 1. de Ess. & attrib. in genere Kro-
 mayeri Theol. Posit. Polemic. Art. 2. §. 4. p. m. 113. Micr alij
 Archeologiam Exper. sec. p. m. 164. & seq. Hieronym. Zan-
 chij T. 4. L. 1. de primo Praecepto §. 5. p. m. 250. Acutissimi
 Stalij Inst. Meta: C. 3. p. m. 433. Wendelini Theol. Christ.
 L. 1. C. 1. p. m. 51. Valesii Philos. Sacram. C. 58. p. m. 365.
 Gerhardi Vossii Theol. Gent. L. 1. C. 11. & L. 1. C. 4. p. m.
 22. H. Grotius de Ver. Rel. Christ. L. 1. p. m. 3. Philippj
 Mornai de Ver. Rel. Christ. L. 6. C. 1. p. m. 1. & C. 4. p. m. 52.

§. III.

Ostorodus in Inst, Germ. C. 1. negat, notitiam, Arg. O-
 quam homines habent de DEO, desumptam esse ex storo-
 natura, sed ex auditu von hören sagen existimant ho-
 mines scire, dari DEUM. Verum nos non negamus,
 homines aliquam ex auditu habere de DEO notiti-
 am; *Unius enim positio non est exclusio alterius*, potest
 tamen ex natura homo DEUM cognoscere, quippe
 cum sacra & fallere nescia scriptura id ipsum asserat.
 Neq; ratio Socini alicujus est roboris, integros Popu-
 los hodie inveniri, qui nullam penitus vel suspicio-
 nem divinitatis habent; Respondemus, *distinguen-*
dum esse inter usum recte rationis, & ejus abusum: sa-
 ne illi, qui recte utuntur ratione, coguntur admittere,
 dari DEUM; quod autem quidam inveniuntur, qui
 DEUM non cognoverunt, non cognitioni, sed ipso-
 rum negligentia & petulantia est adscribendum:
Ignorarunt esse DEUM non ignorantia invincibili, quia
media ad DEUM cognoscendum potuerunt adhibe-
re Ergo vincibili: vel ignorarunt ignorantia non pura
negationis, quæ alias nescientia appellatur, sed igno-
rantia prava dispositionis seu affectata. Vid. Cundisius in

Solutio.

Arg. So-
cini.

Solutio.

Hutterum p. m. 68. & sic culpa est penes ipsos, nam à negatione actus ad negationem Potentia non valet consequentia. Vid. Cellarij Epitomen Theolog. Philosophica Disp. 1. §. 15. D. Sebastiani Schmid Collegium Biblicum prius L. 2. de DEO p. m. 80. 81. Maurity Exercitat. Antisocinianas Disp. 1. de Erroribus Socinian: §. 7. & Disp. 7. de reliquis Socinian. erroribus §. 10. p. m. 739. D. Stegmanni Photinianismum Disp. 3. p. m. 25. 26. D. Hoornbeck in Socin. Conf. L. 1. C. 7. Sect. 1. Heerebord. Melet. Philos. Pneumat. L. 2. p. m. 44. Spizelium in Scrutin. Atheismi p. m. 19. & seqq.

§. IV.

Obiectio Dicis; Fuerunt tamen Philosophi præstantissimi, qui non tantum hanc mundi machinam adspexerunt, sed etiam diligentissime in ipso universo ejusq; singulis partibus rimandis, atq; expendendis sint versati, huc pervenire non potuerunt, ut DEUM hæc inferiora singula curare suspicarentur. Ad hoc Respondet Magn. Dn. D. Musæus in Coll. M. SS. contra Socinianos D. 2. q. 2. Non sequitur, Hi Philosophi DEUM non cognoverunt, Ergo nullam de DEO notitiam ex consideratione hujus universi habuerunt, aut habere potuerunt, hoc saltem sequitur, Philosophos illos fuisse deceptos, nec eo, quo hujus universi consideratio per se ducebat & quo ejus ductu pervenire potuissent, ac debuissent, pervenisse.

§. V.

Probatur Hisce positis, quod detur Ens aliquod summum, *in DEO* increatum, potentiam divinam eo melius sumus indagari potestiam. Argumentum: Omnes Perfectiones, quæ in creaturis inveniuntur, sunt in DEO vel formaliter, vel eminenter

nenter, Atq; Potentia est Perfectio, Ergo vel est in DEO formaliter vel eminenter. Propositio tum Majoris tum minoris vera est, & probatione non indiget, stat ergo Conclusio.

§. VI.

Suarez, Vir ingenio prompto, judicio exacto, industria admirabili, & in studiis Scholasticis versatissimus *Suarez!*
(uti illum vocat B. Dn. D. Calixtus Tract. de Conjugio Clericorum p. m. 151.) l. 2. Disp. 30. Sect. 17. p. m. 144. mentem suam subsequenter exponit verbis; Potentiam veram dari in DEO patet a posteriori, quia praeter DEUM nullum Ens non potest esse effectum esse a DEO, Ergo necesse est, ut primum Ens ex se necessarium sit effectivum aliorum, quoniam alias nihil praeter ipsum esse possit, cum ergo constet praeter ipsum esse multa alia Entia, haec evidentiter ostendunt, in DEO esse veram potentiam activam. Secundo a priori, quia haec potentia pertinet ad perfectionem, & nullam includit imperfectionem. *etiam ostendit.*

§. VII.

Multa quoq; testimonia a gentilibus adhibita possent hic adduci, verum brevitatis causa unius tantum mentionem faciemus, carminis scilicet *Ethnicis non suis*
Erythraea citati ex Lactant. L. 1. c. 6. apud Job. Wolff- Syb: ignota
um T. 1. Lectio. Memorab. p. m. 53. quod huc redit. DEI potentia.

Εἰς μόνον εἰμι θεός· καὶ τὸν εἶσι θεοὺς ἄλλους,
 εἷς θεός, ὅς μόνος ἐστίν· ὡς ἐρμεύθεις, ἀρένη.
 Ἀλλὰ θεὸς μόνος εἰς παντοκράτωρ, ὅς πεπίηκεν
 οὐρανόν, ἠελιόν τε, καὶ ἀστέρας, ἠδὲ σελήνην
 καρποφόρον γαῖάν τε, καὶ ὕδατος ὀιδματὸς πίνης,
 ἅπαν τὸν μόνον ὄντα σεβασθῆναι, ἠγῆτορα καὶ σμῆνα
 ὅς μόνος εἰς αἰῶνα, καὶ ἐξ αἰῶνος ἔτυκεν

Unus

Unus solus sum DEUS, & non est DEUS alius,
Unus DEUS, qui solus est, omnem magnitudi-
dinem excellens, ingenitus,
Sed DEUS, solus unus supereminetissimus,
qui fecit

Coelum, solemq; & astra, atq; lunam,
Frugiferamq; terram, & aquæ fluctus Ponti,
Ipsam solum, existentem, colite principem
mundi

Qui solus est in seculum, & à seculo existit.

§. VIII.

Diviso Dari potentiam in DEO formaliter non virtua-
Potentia liter ut voluit *Rabbi Moyses* hactenus vidimus: nunc
considerandum venit, *qualis sit illa potentia, quæ in*
In DEO invenitur. *Metaphysici* dividunt Potentiam in
Activam Activam & Passivam. *Activam* vocant illam, quæ
aliquid aptum est producere aliud, notant etiam cir-
ca vocabulum ALIUD, quod non intelligatur illa po-
tentia, quæ DEUS ab æterno genuit Filium, vel cum
filio Spiritum Sanctum spiravit, nam illud vocabu-
lum ALIUD diversitatem essentia importare, quia
autem tres personæ in Divinitate tum numero tum
specie eandem habent essentiam, ita hanc potenti-
am nullum hic invenire locum. *Passiva* sic descri-
Passivã bitur, quod sit talis Potentia, quæ aliquid aptum est
recipere aliud.

§. IX.

Potentia Prælibatis hisce respondemus ad quæstionem in
activa thesi præcedenti propositam, quod (a) *potentia activa*
datur in intrinsece & formaliter detur in DEO: In primo prin-
DEO, cipio, ait *Chrysost.* *Javellus in Metaph. Arist. L. 12. q. 11.*
p. m. 684. est excellentissime potentia activa, proba-
tur,

tur Potentia activa importat simpliciter perfectionem, & excellentiam in esse actu, & in entitate: ergo est excellentissime in primo Principio. Consequentia nota, quoniam, cum primum principium habeat rationem optimi absolute etiam secundum *Aristotelem*, quando DEUM appellat vivens, sive animal sempiternum & optimum, quicquid perfectionis est, aut potest dari, est in eo formaliter vel eminenter. Antecedens autem sic probatur; Unicuique convenit agere, secundum quod est in actu, & quanto magis est perfectum in actu, tanto magis lest natum agere, & excellentius; unde qui habet perfectiori modo artem cytharizandi, excellentius cytharizat, sed potentia activa est illud, secundum quod competit alicui agere, Ergo importat perfectionem simpliciter. Cum igitur primum principium sit maxime & excellentissime actu, sequitur, quod sit aptum excellentissime potentia activa. *Plura Vid. apud Thomam in Summ. Theol. P. 1. q. 25. Art. 1. Suarezij citatam Disputationem. Becani Theol. Scholast. P. 1. C. 17. q. 1. Concl. 2. D. Kloß Theol. Nat. Disp. 14. p. m. 752.*

S. X.

DEO de-

Dicimus (β) quod *Potentia Passiva* in DEO non negatur detur, DEUS enim, ut cum *Thoma* loquar est, purus potentia actus, & simpliciter & universaliter perfectus, neque *passiva*, in eo aliqua imperfectio locum habet; Unde ipsi maxime competit esse principium activum, & nullo modo pati; DEUS est infinite perfectus, id est, omnes perfectiones sunt in illo: Hinc *Chrysof. Javel. D. 12. q. 11.* in primo principio non est potentia passiva ullo modo, quia nec conjuncta actui, nec separata ab actu. Probatur: potentia passiva etiam conjuncta actui denotat imperfectionem, vel diminutionem

B

per-

perfectionis in eo, in quo est, Ergo non est in primo principio. Consequentia nota, quoniam conditio primi principii est esse universaliter perfectum. Antecedens autem sic probatur, si potentia passiva est separata ab actu, qui est perfectio sua, signat carentiam perfectionis. Ergo illud, in quo est talis potentia, est imperfectum: si est conjuncta actui signat defectum & diminutionem perfectionis in eo, in quo est, quoniam indiget perfici alioquin se, Ergo quocumque modo suscipiatur, denotat imperfectionem, vel diminutionem perfectionis in eo, in quo est. *Vid. Becani Theol. Schol. P. 1. q. 1. Hornei Diss. Theol. P. 1, Diss. 3. Sect. 3. p. m. 337.*

Obj. 1.

§. XI.

Quæ pro contraria sententia adducuntur, hæc sunt: (a) Ubi datur processus sive transitus à non esse ad esse, ibi datur mutatio, & per Consequens potentia passiva, Atqui in DEO datur processus sive transitus à non esse ad esse, Ergo. Major patet ex terminis. Minor autem sic probatur: quia DEUS per creationem mundi ex non creante factus fuit creans, propterea etiam hujus universi creator dicitur, qui ante hujus universi creationem ita vocari non poterat. Resp. *distinguendum est inter denominationem intrinsecam & extrinsecam*, quando DEUS vocatur creator in tempore est denominatio extrinseca, quæ nullam in DEO ponit mutationem, quia non recipitur in illo, sed tantum in effectu producto; hinc dicitur, actionem transeuntem non esse in DEO & agente, sed ab agente. *Vid. Acutissimi Stalij Reg. Philos. P. 1. D. 2. Reg. 4. p. m. 49.*

Solutio.

Obj. 2.

§. XII.

Nec destruit nostram sententiam (2) Objectio
Vorstij

Vorsüy, quod DEUS nova accidentia realia, videlicet nova decreta in se recipiat, quæ receptio conjuncta esse debeat cum potentia passiva: Decreta enim sunt ipsa simplicissima essentia divina, & in sua natura intrinseca sive Entitate conveniunt cum essentia, imo recipiuntur, ex parte autem connotatorum, ad quæ libere terminantur, distinguuntur decreta, non autem realiter ab essentia, & quemadmodum illa connotata sunt extra DEUM, sive de DEO extrinsece prædicantur, quæ denominationes, uti ex antea dictis patet, nullam includunt potentiam passivam ex parte subjecti, ita non opus est fingere receptionem respectu subjecti ad decreta: decreta enim divina non habent se ut decreta hominum, quæ sunt actus realiter elicit, & producti à voluntate.

Solutio.

§. XIII.

Obj. (3) Actiones DEI immanentes, quæ sunt in ipsa essentia divina, mutationem in DEO arguunt, hoc patet exinde, quia e. gr. quando DEUS verbum mentis producit, debet in se habere potentiam passivam, quæ iterum verbum mentis à se productum in se recipit. Respondet *Becanus in Theol. Schol. T. 1. C. 17, q. 1.* DEUS non recipit in se verbum mentis à se productum eo sensu, quo intellectus noster in se recipit verbum mentis, quia in DEO verbum mentis non est Accidentis sed substantia, nec est substantia imperfecta, quæ in alio recipiatur, sed perfecta ac per se & in se subsistens, propterea bene discernendæ sunt hæc duæ propositiones: DEUS producit verbum ad intra, & DEUS producit creaturas ad extra. *Dicitis:* DEUS habet potentiam se ipsum cognoscendi, quæ potentia vocatur actus primus, & quando hæc poten-

Obj. 3.

Solutio.

Except.

Resp.

tia traducitur in actum secundum scilicet, tunc ex non cognoscente fit cognoscentem, quod dicit potentiam passivam, & est intrinsece in ipsa essentia DEI Resp. In DEO non datur proprie actus secundus, ad quem, uti *Metaphysici* docent, requiritur, ut sit realiter distinctus à primo, quæ distinctio, cum in DEO non sit, ita etiam nec proprie actus secundus, & hoc modo *Schola Doctores* DEO tribuerunt actum primum & secundum. Ex quibus apparet, hoc fieri propter nostros diversos conceptus: concipere DEUM ut non cognoscentem & cognoscentem seipsum, quia hic actus secundus conceptus in DEO à primo non differt.

§. XIV.

An in
Deo de-
tur a-
ctus pri-
mus &
secun-
dus.

Huc pertinet, quod *Venerandus Dn. D. Bechmannus* in aliqua dissertatione de scientia DEI affert, esse scilicet manifestum in DEO e. gr. scientiam nec in actu primo, nec in actu secundo, si admitteretur illud, quod jam dictum fuit, dari. Hoc modo enim actus primus dicit vim sive facultatem eliciendi vel etiam recipiendi actionem à facultate illa distinctam, & in facultate receptam, quæ quod importent potentiam passivam adeoq; imperfectionem omnes *Metaphysicorum Schola* crepant & res ipsa loquitur. Quod si vero actus primi appellatione intelligatur potentia intelligendi, sublata imperfectione, h. e. non considerando, quod potentia illa eliciat aut producat realiter & recipiat actionem; nomine actus secundi vero actualis cognitio, non attendendo, an sit à principio realiter producta, sed ut concipiatur saltem per modum actionis, cum potentia tamen cognoscendi sit à parte idem (quod tamen menti *Aristotelis* conforme

forme esse non dixerim) non video, quid obstet, quominus DEO posset tribui scientia in actu primo & in actu secundo, & dici, DEUM habere potentiam cognoscendi, Deum etiam actu ipso cognoscere.

§. XV.

Obj. (4) DEUS est agens liberum; libertas autem consistit in hoc, ut aliquis possit agere & non agere: agere vero & non agere dicit mutationem, & per consequens potentiam passivam, quæ, posita libertate, in DEO etiam est admittenda. Resp. *Libertas* consideratur vel *Entitative*, id est, quatenus est intrinsece in Deo, & ratione sui, vel *respectu connotatorum* ad quæ terminatur, seu ratione objecti. Priori modo est ipsa essentia divina, quæ quemadmodum necessaria appellatur ita etiam libertas necessaria est, & hæc sese determinat ad objectum libere, sine mutatione sui. Rectè dicitur *inquit Magn. Dn. D. Bechmannus in Coll. M. SS. super Hutterum Jena An. 1672. habito*, quod ipsum velle DEI liberum sit ipsa essentia DEI per modum actus vitalis concepta, quatenus libere terminatur ad objectum, ad quod non habet necessariam habitudinem, unde DEUM libere velle objectum aliquod, nihil aliud est, quam essentiam DEI libere terminari ad objectum, quæ terminatio libera est extra DEUM; quamvis modum hujus determinationis propter imbecillitatem, quam, ut ita loquar, post lapsum quasi induimus, exprimere haud valeamus, *Vid. Magnifici Dn. D. Hildebrandi Theologi Summi, Ecclesiarum in Ducatu Cello-Luneburgico Superintendentis supremi Gravissimi, merentissimi, Patroni mei & Promotoris pie & sancte colendi in aureis Institutionibus sacris D. 4. p. m. 75.*

Obj. 4.

Solutio.

§. XVI.

Obj. 5.

Obj. (5) Inveniuntur multi homines, qui DEUM blasphemant, quæ blasphematio, cum non nisi fieri possit quæ per receptionem, ita etiam datur potentia passiva in DEO. Resp. DEUS non recipit in se blasphemias, sed quando illis DEUS afficitur, hæc & talia prædicantur de DEO extrinsece, uno verbo:

Solutio:

non sunt denominationes intrinsece, quæ per novam formam in DEO recipiuntur, sed extrinsece, quæ nullam in DEO faciunt mutationem; non magis passionem inferunt, quem dextrum & sinistrum in columna. Vid. Dn. D. Danhawer. Hodosophia Phan. 3. p. m. 153. Tandem non exigua rationis videtur esse quod objicitur, in sacris dici poenitere de DEO, quod conjunctum est cum aliqua mutatione & potentia passiva: sed communiter respondent, hoc fieri à-

Obj. 6.

Deum, DEUS sese accommodat ad captum hominis Vid. Magn. Dn. D. Hildebrandi Inst. Sac. D. 4. §. 55. Alii sic rem efferunt: Poenitentiam tribui DEO non inhasse secundum interiorem affectum, sed effective secundum exteriorem effectum. Vid. versum 11. 1. Sam. 15. & confer ejusdem capituli v. 20. Ubi hujus distinctionis utilitas se ostendet.

Solutio.

Ubi hujus distinctionis utilitas se ostendet.

§. XVII.

Quantã sit distinctio inter potentiam & essentiam & cætera attributa.

Antequam ad objectum divinæ Potentiæ, & quæ alia sunt, progrediamur, lubet enucleare quæstionem, quomodo Potentia DEI distinguatur (notanter dico: *distinguatur* quia ex mente *Scholarum Doctorum* divisio & distinctio differunt, & divisio in divinis nullum inveniat locum) ab essentia & cæteris attributis? Ubi sane variæ à *Scholasticis* adhibentur responsiones, dum quidam in illum, alii in aliam inclinant senten-

sententiam ; præprimis non conveniunt *Thomista Dissenti-*
cum Scotistis : Dico *scotistis*, nam quænam sententiæ *uni Scho-*
Scoti fuerit, adhuc dubitatur, & sub iudice lis est. *lassici.*

§. XVIII.

Quo autem feliciter ad hanc quæstionem respon- *Defini-*
derem, quædam scitu necessaria præmittam, scilicet, *tio di-*
quid in sua natura atqve ratione formali distinctio *stinctio-*
importet. Communiter dicimus distinguere esse *nis.*
negare identitatem sive unitatem, ubi hoc non est
illud, & unum non est alterum, & hoc dicitur de di-
stinctione in genere, quæ distinctio deinde dividitur
in realem & rationis distinctionem. *Realis distin-* *Est vel*
ctio est inter illa, quæ citra omnem mentis operatio- *Realis*
nem & nemine cogitante distinguuntur. *Rationis vel*
distinctio est, ubi intellectus in una eademq; re plura *Rationis*
concepit propter diversos actus.

§. XIX.

Scotista medium ponunt inter realem & ratio- *Thomi-*
nis distinctionem, quod medium *Thomista* admitte- *sta me-*
re nolunt, existimantes, esse ex numero impossibili- *dium*
um medium dari inter realem & rationis distinctio- *dari in-*
nem, cum hæc duo membra importent rationes ma- *ter rea-*
nifesto contradictorias, inter quas, uti communis fert *lem &*
sententia, medium non detur, hinc tali modo argu- *rationis,*
mentantur. *Quæcumq; membra rationes manifesto negant.*
contradictorias important, inter illa non potest dari me- *Arg. Tho-*
dium. Atqui hæc duo, distinctio scilicet rationis & realis mistarū.
rationes manifesto contradictorias important, Ergo inter
illa non potest dari medium. Majorem probant ex jam
dictis. Minorem autem ex natura atqve ratione for-
mali distinctionis realis & rationis, dicendo scilicet,
quod distinctio realis, uti jam descripta est, sit inter
illa,

illa, quæ citra omnem mentis operationem & nemi-
ne cogitante distinguuntur, & hoc patere ex requisi-
tis distinctionis realis, quæ ex *Mendoza* adducit *B. Pe-
trus Musæus Inst. Metaph. C. 34.* Ubi ejusmodi distin-
ctio primo ex hoc cognoscitur, quando duo vel plura
entia finita singularia sunt in realiter distinctis sup-
positis, vel ipsa sunt duo supposita: *secundo*, quando
differunt quædam ut vere formaliter sic dicta causa, &
ut vere & formaliter sic dictum causatū: *tertio*, quan-
do quædam ut principium vere & formaliter princi-
piatum differunt: *quarto*, quando quædam realiter sunt
separata: *quinto*, quando quædam sunt separabilia *Vid.*
*Suarezij Diss. 7. T. 1. Kesleri Exam: Metaphysic. Photi-
niana Part: Gener. Sect. 3. p. m. 128.* Distinctionem
rationis antea adductam admittunt *Thomista*, divi-
duntq; eam in distinctionem rationis ratiocinantis, &
rationis ratiocinatæ. *Distinctio rationis ratiocinantis*
est, quæ nullum habet fundamentum in re, ab aliis
appellatur *Chymica*. *Distinctio autem rationis ra-
tiocinate*, quam vocant *Thomista Aptitudinem*; Alii
Fundamentalem; Alii *Virtualem*; est ea, ubi præter con-
ceptum etiam fundamentam in re invenitur. His
nunc positis per se patere asserunt *Thomista*, quod
hæc duo importent rationes manifesto contradicti-
onis, Ergo Consequens verum esse non dari medium
inter realem & rationis distinctionem.

§ XX.

Scotista Econtra *Scotista* affirmant dari medium, nem-
medium pe formalem ex natura rei inter illam, quæ est ex na-
agno- tura rei, & quæ dicitur rationis. *Ex natura rei cum*
scunt. reali distinctione coincidit. *Rationis vero apud quos-
dam hæc est, ubi quædam tantum ex parte intelle-
ctus*

etus distinguuntur; nunc autem, quia quædam distinguuntur nemine cogitante, non realiter; hoc est: quia quædam distinguuntur ita, ut neq; referri possint ad distinctionem realem, quod definitio distinctionis realis illis non competat; neq; rationis: quia secundum *Scotistas* rationis distinctio in solo intellectu est, ideo tertium aliquod, quod formalis distinctio ex natura rei appellatur, est admittendum, & hoc tertium, sive appelletur realis distinctio, sive non, nihil obstat: sunt enim multi, qui ad hanc rem decidendam distinguunt inter distinctionem realem intrinsecam & extrinsecam. *Realis intrinseca* est illa, quæ antea descripta fuit. *Extrinseca* autem est illa, ubi quædam ob diversa connotata distinguuntur per conceptus formales ejusdem rei inadæquatos, & tali modo non absurdum esse existimant asserere, e. gr. voluntatem in homine ab intellectu distingui realiter, voluntas enim in suo conceptu formali non includit intellectum, nec intellectus voluntatem, quamvis materialiter & entitative voluntas & intellectus in homine convenient. Ex his cognoscere licet quidnam respondendum sit ex mente quorundam *Scotistarum* ad Argumentum *Thomistarum*, quod admissa *Scotistarum* explicatione Minor sit falsa. Obiter addo, Majorem ex quorundam opinione non esse universaliter veram; inter illa, quæ rationes contradictorias important, non posse dari medium: dant instantiam; *Metaphysici* ens dividunt in reale & rationis, Ens autem reale & rationis, uti existimant, rationes contradictorias important, tamen dari medium, quod dicitur NIHIL, sive Non-Ens, nam præter Ens reale & Ens rationis dantur alia

Obje^{ctio}

Solutio.

Resp.

Scot. ad

Argum.

in §. 19.

adductū.

C

alia non-entia, ut sunt Entia potentia, negationes, privationes &c. & quia inter Ens reale & rationis datur medium, ut jam ostensum est, licet importent rationes contradictorias, tum quoque Major adducta Thomistarum erit falsa.

§. XXI.

Requisita
distinctionis
Essentialis.

Sunt quidem alii modi distinctionum, quos recensent *Metaphysici*, cum tamen ad Scopum nostrum non spectent, nos illos, excepto uno, mittemus. Est autem *distinctio essentialis*, quæ cognoscitur ex eo, quod quædam in conceptu univocæ ne quidem conveniant, & tota essentia distinguantur, & deinde ex eo, quando quædam in conceptu univocæ conveniunt, attamen sub illo distinguuntur forma aliqua specifica; addunt quidem alii alia requisita cognitu necessaria ad distinctionem essentialem; verum cum hæc non essentialem, sed realem potius constituent, nos in his positis acquiescimus. *de his & aliis vide prolixè differentem Svarozium T. 1. D. 7.*

§. XXII.

Potentia
ab Essentia
non
distinguitur
realiter.

Quando nunc quæritur, quomodo distingvatur Potentia ab Essentia DEI, & cæteris attributis: tum suppositis hæc, *Essentiam* esse id, quod primo in re concipitur, non ratione inchoationis, sed ratione causalitatis, & *Attributum* esse id, quod non est de Essentia ejus, cujus est attributum, sed ex essentia fluit, respondemus (1) potentiam ab Essentia & cæteris attributis non distingui realiter.

§. XXIII.

Id quod
probat

Hujus Conclusionis veritatem sequenti probamus Argumento: si Potentia ab essentia & cæteris attributis differt realiter, aut unita est cum essentia & cæ-

& cœteris attributis per veram compositionem, aut est plane separata ab essentia & cœteris attributis: sed neutrum dici potest; nam si unita esset potentia cum essentia & cœteris attributis, compositio esset realis in DEO, vel DEUS esset realiter compositus, quod tamen falsum, quia in se importat imperfectiōnē, & propter summam simplicitatem, quæ in DEO est, de illo dici haud potest: (quamvis Sociniani & quidem in specie Crellius & Volkelius simplicitatem negent, & è contra compositionem ex subjecto & accidentibus realiter à DEO differentibus, v. g. attributis, decretis admittant) si vero potentia esset separata à DEO: sequeretur, DEUM esse potentem per potentiam realiter ab ipso separatam; Idem est ac si dicas; Hominem esse doctum per doctrinam realiter ab ipso separatam, quod tamen falsum imo absurdum est. *Vid. Hennichij Tract. de statu merorum naturalium p. m. 48. §. 41. Ep. 54. §. 44.*

§. XXIV.

Waltherus Jesuita existimavit, attributa divina distingui realiter inter se, & per Consequens potentiam ab Essentia, quia collocantur in diversis prædicamentis, Argumentum tale est: *Quacumq; collocantur in diversis prædicamentis, illa differunt realiter, Atqui Potentia & Essentia &c. collocantur in diversis prædicamentis, Er.* Nos negamus majorem: ex communi enim sententia dicimus, actionem & passionem esse in diversis prædicamentis; relationem & ejus fundamentum sæpissime collocari in diversis Prædicamentis, nec tamen hæc inter se distingui realiter! quamvis, quod pri⁹ attinet Schùlerus neget. *Vid. Magn. Dn. D. Hildebrandi Diss. de attributis divinis §. 8. &*

*Objeclio
Waltheri.*

§. XXV.

Obiectio Nihil etiam obstat, quod Potentia divina aliam
habeat definitionem, quam cœtera attributa, quan-
do enim definitur per possibile fieri, quod non est

Solutio. objectum reliquorum attributorum, tunc hoc fit
propter nostros diversos conceptus: nam homo u-
nam rem propter diversa connotata diversis concipit
modis, & ejusmodi diversi conceptus propter diversa
connotata non constituunt statim realem distinctionem,
quamvis diversam definitionem: diversus autem conceptus
exinde venit, quia unius rei diversæ sunt notiones, quæ
alias vocatur *formalitates* Vid. *Scaligeri Exercit. 57.* Nec obstat, quod formaliter

Obiectio distinguantur: illa enim, quæ formaliter distinguuntur,
non statim distincta sunt realiter, uti hoc patet

Solutio. exemplo humani intellectus & voluntatis; interim
sufficit, potentiam cum cæteris attributis convenire
Entitative, Intrinsicè, & Materialiter; nam tali modo
omnia attributa unum & indivisum sunt: Vid. *Lombardi Sent. L. 1. Dist. 19. C. 2. p. m. 25. b.*

§. XXVI.

Ex sententia Scotistarum distinguuntur formaliter ex natura rei. Respondemus (2) potentiam à cœteris attributis
distingui secundum sententiam *Scotistarum* formaliter ex natura
rei, hoc est, uti in §. 20. explicatum fuit, ob diversa connotata
per conceptus formales ejusdem rei inadæquatos; quia
nemine cogitante ad est fundamentum hujus distinctionis
in re: & sic porro dicimus, potentiam à cœteris attributis,
quia *Thomista* realem vocant distinctionem *Scotistarum*,
distingui realiter, sano sensu: dico, *sano sensu*; non enim
intel-

intelligo realem, quæ adducta est §. 19. sed illam, quam attulimus §. 20. prior dicitur intrinseca, posterior extrinseca. In aprico quidem est, neq; nos inficias imus, plerosq; ex *Scotistis* hanc distinctionem non adhibere, tamen sunt *Viri Magni Nominis*, qui ad hanc rem magis declarandam, quo *Thomistæ* cum *Scotistis* convenirent, hac distinctione fuerunt usi.

§. XXVII.

(3) Dicimus, potentiam ab essentia & cæteris attributis non distingui essentialiter, & hoc patet ex superioribus, ubi diximus, quod ad essentialiter distincta requiratur, ne in conceptu univoco conveniant, & tota essentia distinguantur: Attributa autem ab Essentia nō distinguuntur, & conveniunt in conceptu univoco: habent eandem numero & specie formam specificam, & propterea tum in abstracto tum in concreto de se invicem prædicantur; cujus contrarium pertinet ad distinctionem Essentialem.

§. XXVIII.

Tandem dicimus, licet *Aureolus* nec realem nec rationis distinctionem inter attributa admittat, quod potentia ab essentia & cæteris attributis distinguitur ratione ratiocinata, ceu hoc in antecedentibus luculenter fuit ostensum, ut quis de his dubitare haud queat: *Vid. Durandus 1. Sent. 38. q. 1.* Super sunt multa: Utrum in DEO potentia conveniat cum essentia ac existentia? An modaliter distinguitur potentia ab essentia? item Potentia & subsistentia? Verum instituti nostri ratio non permittit hæc omnia pertractare. *Vid. interim de his & aliis hujus materiae questionibus Thomam P. 1. Sum. Theol. q. 3. Suarez. T. 1. D. 7. Gonet. Theol. Thomist. P. 1. Marcum à Baudunio*

attamen
ratione
ratiocinata.

in *Parad. Theolog.* T. 1. q. 3. *Mendozam* P. 1. *Disp.* 12. p. m.
 418. *Becani Theol. Scholast.* P. 1. q. 1. *Magnif. Dn. D. Hil-*
debrandum in Inst. Sac. D. S. de SS. Trinitatis Mysterio.
Magn. Dn. D. Job. Museum in Disp. de Deo Trinuno
Anno 1647. Jenæ habita. Höpfneri Theol. Horneij Disp.
Theol. P. 1. Disp. 3. Sect. 3. p. m. 337. Wendelini Theol.
Christ. L. 1. q. 1. Chrysof. Javellum in Arist. L. 12. q. 19.
D. Kloss Theol. Nat. q. 3. Scheibleri Meaph. L. 1. C. 15.
Tit. 3. Ebelij Aphorism. Metaphys. D. 14. de DEO. Acutif-
simi Statij Inst. Metaph. c. 33.

§. XXIX.

Si temporis ratio ferret, afferemus distinctio-
 nem potentiaë in ordinatam & absolutam: verum re-
 servabimus in aliam occasionem. Hoc tantum dixisse
 volumus, potentiam ordinatam & absolutam u-
 nam esse ex parte DEI, vocari autem ordinatam & ab-
 solutam alio atq; alio modo consideratam; nec di-
 versa est absoluta ab illa, quæ vocatur omnipotentia:
 quando enim dico, DEUS habet potentiam absolu-
 tam, idem est ac si dicerem, DEUS est Omnipotens.
Obiter addo, quosdam fuisse, qui Omnipotentiam non
soli DEO, sed quoq; Mariæ Virgini attribuerunt: ve-
rum sic amplius, uti notat Dn. D. Dorscheus, ratio ab
Omnipotentia desumpta non est certum argumen-
tum ad probandum æternitatem Filii DEI Vid. pro-
lixè Differentem Dn. D. Dorscheum in Theologia Zacha-
riana P. 1. C. 8. §. 268. 269. p. m. 243. 244.

§. XXX.

Nihil volumus superesse, quam ut mentionem
 faciamus objecti potentiaë divinaë; Communiter di-
 cimus DEUM esse omnipotentem, ubi signum O-
 MNIS non habet respectum ad DEUM, sed ad obje-
 ctum,

Objectū
 divina
 potentia

tum, ad quod potentia DEI terminatur, atq; nihil aliud est, quam quod DEUS possit omnia, quæ sunt possibilis, & sic objectum adæquatum est omne possibile, quod non involvit contradictionem. *Vid. plura apud Thomam P. 1. Suarezium D. 30. T. 2. Magn. Dn. D. Bechmannum in M. SS. super Hutterum. D. Kloß Theolog. Nat. D. 14. p. m. 769. Bonaventuram L. 1. D. 42. Meisneri Philosophiam sobri: P. 1. Sect. 4. q. 5. p. m. 617. & seqq. Joh. Georg. Sigwartum in Admonitione Christiana contra Paresum L. 3. Art. 4. p. m. 376.*

§. XXXI.

Fuerunt quidam, docentes, DEI potentiam sese extendere ad vera contradictoria, hoc est, quæ in se & sua natura repugnantiam quandam involvunt, cuius tamen sententiæ falsitatem ostenderunt *Thomas P. 1. q. 25. Art. 3. Heerebord. Meletemata Philos. Diss. Select. 40. de potentia DEI ordinata & absoluta p. m. 314. & seqq. Hieron. Zanchij T. 2. de Natura DEI C. 1. q. 6. p. m. 174. & seqq. Coll. Conimbric. in Phys. Arist. P. 1. L. 2. C. 7. q. 16. Art. 1. p. m. 366. ubi solide hac materia enucleatur. Gerhardi Exeg. de Natura DEI p. m. 300. §. 199. Horneij T. 1. Diss. Theol. Diss. 3. Sect. 3. §. 94. p. m. 335, 336. & seqq. D. Danhaweri Hodosophia Phæn. 3. p. m. 153. Graueri Cens. Illustrium questionum Theologicarum D. 2. q. 8. Cornelij Martini Analysin Logicam P. 2. C. 1. p. m. 227. 228. Meisneri Irenicum Duræanum de articulis fidei fundamentalibus Sect. 3. p. m. 329. Kromayeri Theol. Pos. Polemicam Art. 2. p. m. 149. Art. 17. p. m. 915. Durrij Christianismi per Hypotheses & dogmata Socinianorum conversionem Diss. 2. p. m. 55. §. 31. Aug. Enchirid. ad Laurent. C. 96. p. m. 283. §. 2. Henr. Nicolai Ep. Theol. L. 1. C. 32. de DEO p. m. 29. §. 2. Ejusdem Tract. Sing. de Nat.*

*de Nat & Princ. Contrad. Exerc. 4. à p. 76. usq; 84. Com-
bachij Metaphys. L. 2. C. 1. p. 542.*

§. XXXII.

Placet etiam adducere simile *Armandi de Bello
Visu* citatum à *B. Dn. D. Henr. Mullero*, cujus sæpissi-
me mentionem fecimus, in *Theologia Scholastica C. 15.
p. m. 201.* Quod DEUS non potest facere, dicitur
impossibile, non propter defectum divinæ potentiaë,
sed propter defectum rei factibilis, quæ non est capax:
sicut Magister in Theologia de potentia absoluta
potest docere Theologiam; sed, quod non possit
docere asinum, non est defectus potentiaë in magi-
stro: sed est defectus asini, qui non est capax doctrinæ.

§. XXXIII.

Quamvis autem Potentia DEI ad Contradictio-
ria se non extendat, hoc ipso tamen Potentiaë DEI ni-
hil detrahitur, manet infinita, *Scholastici* dicunt non
tantum *extensivæ*, sed etiam *intensivæ*, licet *Crellius &
Volkelius* negent, dicentes, DEUM non posse ex nihi-
lo negativo aliquid creare, nec corpus unum in plu-
rimis simul locis præsens constituere. *Huc faciunt
Magn. Dn. D. Hildebrandi Institutionis Sacrae D. 19. p.
m. 255. Vide etiam B. Dn. D. Maurity Exercit. Socinian.
p. m. 11.*

§. XXXIV.

*Obj. Pli-
nij.
Solutio.*

Nec adversatur nobis objectio *Plinii*, DEUM non
posse mori, peccare, fallere, &c: sunt enim hæc possi-
bilia & impossibilia diverso modo: possibile homini,
impossibile DEO; DEUS est summe perfectus, & o-
mnes perfectiones absolute consideratas in se habet
formaliter, quia autem immortalitas, veritas, pro e-
jusmodi perfectionibus venditantur, hæc in DEO sunt,
& ista.

& istarum opposita Deo Enti infinito denegantur. Cellarius in *Ep. Theol. Philos. D. 18. p. m. 101.* citat *Aegidium de Roma* ita dicentem: Sicut esse non ens, non est esse, sed nō esse; sic posse peccare vel deficere non est posse, sed non posse. *Vid: Aug: de C. D. T. 1. L. 5. p. m. 516. Gerb. Exeg: de attributis divin: Danhaweri Hodosoph. phan. 3. p. m. 153. Horneii P. 1. D. Theol. D. 3. Sect. 3. p. m. 337. Gesneri Duodec. Disp. Theolog. de uno & trino Deo p. m. 51. Polani Syntagma Theolog. Christiana L. 2. c. 29. p. m. 341. Cellarii Epit. Theolog. Philosophica D. 10. §. 7. 8. 9. B. Dn. D. Henrici Mülleri Theologiam Scholasticam c. 15. p. m. 202. Kromaieri Theol. Posit. Polemicam Art. 2. p. m. 145. Antith. §. 10. Cornelij Martini Anal: Logic: c. 10. p. m. 331. Stalii Instit: Metaphys. c. 7. p. m. 82. Heerebord Meletemata Philosoph: Diss. Select. 30. p. m. 308. Valesii Philosophiam Sacram c. 58. p. m. 371. Hundesbagen Theol. Nat: p. m. 123. 124. 355. & seqq.*

§. XXXV.

Nec obstat quod Potentia DEI ab ejus scientia *Objectio;* excedatur, quia mala cognoscit, quæ tamen non potest; Potentia enim DEI consideratur dupliciter, *Solutio.* Primo *Intrinsece* seu *Entitative* secundum suam Entitatem, & sic non exceditur à scientia: secundo, *Extrinsece* seu *Objective* quoad objectum; & sic uno sensu exceditur, altero non item: Exceditur quoad numerum, quia plura cadunt sub scientiam DEI, quam sub Potentiam: Non exceditur quoad proportionem, quia sicut scientia DEI ad omnia scibilia se extendit, sic potentia ad omnia possibilea. *Vid. Becani Viri (ex judicio B. Dn. D. Henrici Mulleri in Theol. Schol. C. 15. p. m. 196.) in studio Scholastico acuti & eruditi, Theol. Schol. T. 1. C. 17. q. 3. Hulsemanni Responsonem ad Epistoliam Dissertationem Durai p. 440. Cellarii Epitomen Theologiae Philosophica Diss. 10. §. 10. 11. Heerebord*

D

Melet.

*Melet. Philos. Pneumat. L. 2. p. m. 74. C. 12. de potentia
DEI. Wendelini Theol. Christ. L. 1. C. 1. p. m. 105.*

§. XXXVI.

Non incongrue loquitur *Prölaus in Metaologia Sociniana* p. m. 79 potentia respicit possibilis, non respicit impossibilia: si enim impossibilia sub potentiam caderent, non essent impossibilia. Potentia videndi extendit se ad omnia visibilia; Inde homo non dicitur cæcus, quia invisibilia non videt, sed, quia non videt visibilia: pari ratione potentia DEI dicitur infinita, & omnipotentia extendens sese ad omnia Entia: Impossibilia autem sunt non Entia, ideoq; nullius potentia objectum: plane idem est ac si dicerem, cæcum esse, quod sonum non videat, aut surdum, quia lucem non audiat. Nam de cujusq; rei potentia ex adæqvatis objectis judicandum est *Vid. Rixneri Diss. secundam in Aug. Conf. de Deo Uno & Trino §. 13.*

§. XXXVII.

Multa adhuc disquiri potuissent, & inter ea præprimis. *An Deus possit efficere, ut præterita non fuerint. An Deus possit plura facere, quam quæ facit; An eã, quæ fecit Deus, possit facere meliora. Num Deus simul possit facere omnia, quæ potest &c.* Verum cum de his Scholastici prolixè egerint, inter quos præcipui sunt *Egidius Romanus, Johannes de Rada, Dominicus de Flandria, Petrus Lombardus, Dominicus Soto, Johannes Duns, Chrysofomus Javellus, Michael Zanardus, Dominicus Bannes, Marcus à Baudunio, Franciscus Zumel, Conimbricensis, Franciscus Suarez, Richardus de Media Villa, Estius, Gvilielmus Occam, Durandus à sancto Porciano, Gregorius de Valentia, Gonet, Gabriel Biel, Paulus Soncinas, & multi alii, quorum Argumenta pleraq; videri possunt apud Bonaventuram in Sent. P. 1. L. 1. Diss. 42. nos solum abrumpimus, Deo pro auxilio grates pollicemur immortales. Tantum hac vice.*

ADDITAMENTA.

§. 1. **Q**uod in Philosophia est verum, non potest esse falsum in Theologia, & sic reciproce. *Slevogtius Diss. Acad. 2. de Contradictione p. m. 41. §. 31.* adducit Argumentum ab essentia divina desumptum, talimodo; de quibuscunq; verificantur prædicata contradictoria, illa non sunt idem à parte rei: sed de essentia divina, quatenus absoluta est, & quatenus relativa est, verificantur prædicata contradictoria; Ergo essentia divina, quatenus absoluta est, & quatenus relativa non est eadem à parte rei. Minor probatur, quia essentia quatenus absoluta, est communicabilis, quatenus relativa, incommunicabilis. Sunt quidam, uti refert *Slevogtius*, qui ita respondent, *Duo Contradictoria non posse simul esse vera in Philosophia, attamen in Theologia:* Verum quam impia hæc sententia sit, ex subsequentibus apparet. Quidam Autor in Tractatu Germanico ita loquitur; ex philosophia discendum est Theologo, *dabey bleibt es billich und dessen darff sich kein Theologus schâmen/und hierinnen folgt er nicht eben den Philosophis oder den Persohnen/ welche die Philosophiam, und disciplinas Philosophicas treiben/ und davon lehren und schreiben/ als nicht Socrati, nicht Platoni, nicht Aristoteli, nicht Scaligero, noch einem andern/ sondern GOTT/ dem Autori und Largitori Philosophiæ selber; Denn die Philosophia ist nichts anders als Vox Dei, das ist/ ein besonder Wort Gottes/ so in Libro naturæ exprimiret ist/ und die Leges Philosophiæ sind Dei effata, wie hievon gar schön redet *Dn. Scheiblerus* utraq; effata & Philosophica & Theologica quæ, inquam, ut utrobique; vera talia sunt, sunt Dei effata, und bald darauff fehret er fort und schreibet: nempe sicut per scripturam loquitur ad nos Deus de via salutis nostræ, ita per naturam loquitur ad nos de aliis: puta ut intelligamus res naturales morales &c. Ita utrobique; Deus præceptor noster est, & animo nostro infert omnem illam veram notitiam, quàm intus habemus, & quæquæ versum recte dicatur illa Dei ad nos effata esse, sive per ipsum, seu per prophetam, seu per alium præceptoré docenté loquatur. *D. Bloz Theol. Nat. D. 8. p. m. 454.* dicit; scæpe falsa principia afferuntur, vel vera male applicantur, & quæ Philosophia de rebus sibi subjectis bene pronunciat, ad res divinas extenduntur, quæ Philosophia tamen ignorat, proindeq; neq; adstruit, neq; destruit*

fruit p. 435. Principia naturæ non à Philosopho primum sunt inventa, aut instituta, sed in natura ab eodem reperta, exulta, & certis notionibus vestita, Principium naturæ ab ipso Deo & sensu communi firmiter implantatum, p. 456. Articulus de Incarnatione, Trinitate, Fide nullo modo ex ratione, sed unice ex revelatione innotescunt: de quibus ratio per se nihil intelligit, Philosophia nihil novit, proinde, quia penitus ipsi ignoti sunt, neq; veri sunt in ea neq; falsi p. 457. Philosophia docet Deum esse causam omnium rerum, idemq; inculcat Theologia, & hujus veritatis sive in Philosophia, sive in Theologia proponatur, Deus Autor est: proinde si in Theologia vera est, in Philosophia falsa esse non potest, nisi Deus sibi contrarius statuatur, quod impium est. *Suarez D. 30. T. 2. p. m. 149.* Si humanum ingenium solo lumine naturæ discurreret, vel nunquam incideret in quæstiones de possibilitate mysteriorum, quia etiam in notitiâ apprehensivam eorum non deveniret vel certe si audiendo aliquid, vel alio casu in eas incideret, existimaret inesse repugnantiam & contradictionem; vel ad summum, si aliquis esset nimium prudens & cordatus, intelligeret, se non posse de illis rebus judicium ferre: quia in natura non sunt ulla principia, quæ directe ostendunt, in his rebus non esse repugnantiam, nec etiam sunt aliqua, quæ sufficienter repugnantiam ostendant. Eleganter *M. Joban. Kottöben in Examine & Refutatione Sophronismi c. 3.* Unum & tria, quamvis rationi appareant contraria, tamē non sunt, siquidē ratio, quæ talis, de principio Theologico nullum sibi sumit judicium, nedum illi contradicat. Et deinde eodem capite: Ratio audiens mysterium fidei tacet, nec judicium sibi de iis sumit: bene enim novit, mysteria fidei captum suum transcendere, quamobrem sponte fatetur: apparent, (non sunt) hæc contraria. Verum quia in scriptura sacra hæc probantur, ego non rejiciam, vel prout mihi absurda videntur, talia pronuntiabo: Potius judiciū meum suspendo in iis, quæ rationē superant, *Magn. Dn. D. Joh. Musæus de usu principiorū L. 2. C. 2. p. m. 319.* Ratio sibi relicta, quia de Mysteriis nihil novit, in neutram partē ex suis principiis quicquam determinare potest. *Vid. plurap. m. 512. Confer Heerebord. Meletemata Philosoph. Diss. 10. Vol. 2. p. m. 218. 219. & seqq. Kromayeri Scrutinium Religionum D. 7. p. m. 170. Danhaweri Hodosophie Pphan. 10 p. m. 1150. Sigwarti Admonitionem Christianam contra Pæreum C. 3. L. 3. Art. 5. de Immensitate Dei p. m. 399. Tarnovii Exercit. Biblicas p. m. 1076, 842. Zeiföldū de anima*

*animæ rationalis productione & propagatione p. m. 185. Haberkornii Demonstrati-
onem Necessariam & solidam eamq; Anti-Syncreri: 112. 190. Cornelii Martini
Analysin Logic. P. 2. C. 4. p. m. 251. & seqq. Graueri Quæst. Illustr. Theol. p. m. 3.*

§. 2. An tenebræ sint directe in prædicamento?

§. 3. An non illi, qui hac formula utuntur; *Pati Impassibiliter
Contradictionem in adjecto committant?*

§. 4. Illud de quo controvertitur potest instantiæ loco adhibe-
ri. *Vid. Magn. Dn. D. Museum de Usu Princip. p. m. 371.*

§. 5. Sunt qui limitationem adhibent circa hanc propositio-
nem: *Quæcunq; admittunt prædicata contradictoria, illa non sunt
idem à parte rei. Vid. Zeifoldi Librum de Anima Sect. 1. §. 300. p. m. 179.*

§. 6. *Non-Nemo* qui sibi sapere videbatur, in Academia quadam
publice distinguebat *inter Ens & Appendicem Entis*; Q. quid de hac di-
stinctione sentiendum sit?

§. 7. *A Particulari ad Universale non valet consequentia*: itaq;
ex dicto Petri, 2, *Petr. 3. v. 6.* de obscuritate alicujus Loci Paulini ad ob-
scuritatem totius scripturæ argumentum duci nequit.

§. 8. Q. In quo consistat ratio formalis quantitatis?

§. 9. Ad contradictionem non sufficit nuda repugnantia, sed
præterea requiritur, ut observetur illud, quod communiter Logici ad-
ducunt, *secundum idem.* Hinc falsa est Argumentatio *Ostorodi & omni-
um Socinianorum*, Trinitatem involvere manifestam contradictionem,
unum esse & non esse unum; non enim dicitur de uno secundum id-
em: Unum secundum essentiam; Trinum secundum Personalita-
tes, Persona autem & essentia in divinis differunt, licet non realiter,
attamen virtualiter, ob prædicata scilicet diversissima,

§. 10. *Non-Nemo* Tautologiam committit, dicens: Dei curam
specialem non esse *Bobus Irrationalibus*; idem est ac si dicrem; Pe-
trus est *homo rationalis.*

§. 11. Q. An illud, quod *Aristoteles & omnes Scholastici* docent,
verum sit?

§. 12. Contra negantem principia est disputandum.

§. 13. In Syllogismo possunt esse plures termini quam tres.

§. 14. Quod in uno est Accidens, in altero potest esse substantia.

§. 15. Substantia non est Accidens, nec Accidens substantia;
imo est utrumq;.

D 3

§. 16. In-

§. 16. Inter Consonantiam & dissonantiam nullam video repugnantiam.

§. 17. Regulam Antepredicamentalem quidam habent pro fundamento quartæ figuræ. Regula hæc est: Cum unum de altero tanquam de subjecto prædicatur, e. g. *Homo est Animal*; quæcunq; de hoc prædicato dicuntur, e. g. *Animal est Vivens*: dicuntur etiam de subjecto, e. g. *Homo est vivens*. Nos respondemus, hoc fundamentum nullum esse.

§. 18. *Sublato uno fine, non tolluntur reliqui*. Ergo, licet Theologia Naturalis non sit sufficiens ad salutem, quamvis illud docuerit *Franciscus Puccius*, tamen est addiscenda: Hinc male *Praadamita*, Abel erat Pastor ovium, Ergo fures fuerunt.

§. 19. Inepte distinguit *Crellius in Tract. de Uno Deo Patre inter Deum Independentem & dependentem*.

§. 20. Errat *Episcopus Inst. Theol. L. 4. C. 20.* asserens, actus volendi non esse idem cum essentia divina, sed ab ea distingui realiter.

§. 21. Falsa est sententia illorum ex *Nominalibus*, qui docuerunt, Attributa divina nec ab essentia, nec à cæteris attributis, ratione distingui: quia essentia divina & attributa ex natura sua sunt indivisum ac indistinctum quid.

§. 22. Licet *posse* in Deo non sit *velle*, tamen sententia *Goslavii* erronea est, quando ex hoc fundamento affirmat, potentiam à voluntate Dei realiter differre.

§. 23. Deus quidem nullum effectum infinitum produxit, attamen ex rebus creatis infinitas cognoscitur.

§. 24. A Deo fieri posse ex quovis quodvis, falso docuit *Franciscus Bona Spei*.

§. 25. *An Creatura potuisset produci ab æterno à Deo*, acerrime disputatur. *Non-Nemo in Disp.* negativam approbans, affirmativam habet pro absurdo & impossibili: rationes hæc sunt. (1) Quicquid fit, incipit esse: jam sub sumit de possibilitate, creaturæ ab æterno, & sic Conclusio evadet falsa. (2) Quod posito hoc necessario Deus creasset creaturam, quod destruit libertatem. (3) Quia producere & ab æterno esse sunt contradictoria. (4) Quod destruat Argumentum ab æternitate desumptum ad probandam Deitatem Filii Dei. Verum Alii impossibilitatem & absurditatem sibi persuadere non possunt, propterea

rea

rea respondent ad (1) hanc argumentationē falsam esse: (2) Necessitatem posse stare cum summa Libertate. (3) De facto esse quidem contradictoria concedunt, hic autem sermo est de possibilitate. (4) Manere firmam argumentationem ab æternitate desumptam ad probandam Deitatem Filii Dei: quia alia æternitas est *intrinseca* sive per essentialiam, alia *extrinseca* & secundum durationem. *Vid. C. F. d' Abra de Raconis P. 3. Philos. S. Phys. Diss. de mundo q. 2. p. m. 163. Fr. Eustachii à S. Paulo P. 3. Sam. Philos. Quadrip. D. de Mundo p. m. 175. B. Dn. D. Mulleri Coll. Tb. MS S. per Quest. tract. C. 10. q. 4. Cellarii Epit. Theol. Phil. D. 11. §. 4. Slevogtii Diss. de Creatore. Excellentiss. Dn. Veltbem de duplici esse creaturarum in Deo ab æterno.*

§. 26. Ex hoc, quod Deus factum in seclū reddere nequeat, multi Deū non omnipotentem, sed multipotentem tantum nominarunt, sed falso. *Vid. Aug. Enchirid. ad Laurent. C. 96, §. 2. p. m. 282. b.* Negavit quoque potentiam divinam olim *Manicheus*, uti videre est apud *Dn. D. Strauchium in Manicheismi Recensione historica §. 23.*

§. 27. Virginem corruptam non esse corruptā Deum efficere posse, quidam falso statuerunt. *Vid. Polani Synt. Theol. Christ. L. 2. C. 29. p. m. 341.*

§. 28. Inter finitum & infinitum datur proportio non ratione Entitatis, sed ratione cognoscibilis.

§. 29. *A quantitate virtutis ad molis non valet Consequentia.* Ergo Deus non est materialis, licet longitudo, latitudo, altitudo de eo prædicetur.

§. 30. Negationes sunt in duplici differentia, quædam in Deo sunt, quædam autem non: & hæc formaliter imperfectionē remouent, fundamentaliter autem s. materialiter in Deo perfectionem ponunt.

§. 31. Ab æternitate Dei ad rei creatæ æternitatem non valet Consequentia. Ergo licet Deus sit æternus, non tamen res creata erit æterna; & licet Deus sit immutabilis, non tamen hic mundus est immutabilis.

§. 32. Quæcūq; in uno tertio conveniunt inter se conveniunt: *Sabellius*, (qui hausit errorem subsequenter à *Noeto* Præceptore suo) unde *Sabelliani*, noviq; *Sabelliani*, *Michael Servetus Hispanus*, qui ob summas blasphemias in Deum à Senatu Genevensi ad ignem damnatus & 1555. combustus est, *Georgius Blandrata*, *Matthæus Gribaldus Jctus*, *Valentinus Gentilis*, *Gilbertus Porretanus*, teste *Magn. Dn. D. Niemann*o *Diss. Theol. de San-*

de Sanctiss. Trin. Myſterio Jena 1669. habet. Gonet Theol. Thomiſt. T. 1. Diſp. 3. Art. 3. p. m. 193. & Marco à Baudunio in Parad. Theol. T. 1. q. 28. Art. 3. p. m. 184. Canonem hunc ad divina trahentes, & diſtinctionem realem inter Perſonas ſuſtulerunt, & diſtinctionem realem Entitativam inter eſſentiam & perſonas poſuerunt. Verum ex mente *Scholasticorum* addenda eſt limitatio: quæcunq; ſunt eadem uni tertio *incommunicabili*, ſunt eadem inter ſe; ſic omnis difficultas exſpirat.

§. 33. Argumentatio à diſtinctione reali ad eſſentialem nulla eſt.

§. 34. *A Communicatione ad prædicationem non valet Conſequentia.* Ergo falſa eſt Argumentatio *Wendelini in Theol. Chriſt.* Cui competunt divina idiomata, iſ eſt Deus.

§. 35. Sunt, qui argumentantur: Omnis Ethnicus, Deum cognoscens, perſonam quãdam cognoscit; A. Ethnicus quãdam perſonam non cognoscit: (e. g. ſecundam, ſive tertiam) Ergo Deum non cognoscit: *Non-nemo* in hoc Syllogiſmo negat Majorem propoſitionẽ.

§. 36. Nullum privativum nec negativum eſt creabile.

§. 37. Intellectio ſive volitio per modum actus ſecundi in Deo concepta non eſt actio ad intra, ſed potius: uti noſtri Venerandi Theologi loqui amant, eſt actio interna.

§. 38. Terminus Creationis eſt purum nihil, quod negat *Epiſcopius.*

§. 39. Inter agere & otioſum eſſe datur medium.

§. 40. Secundum *Mendozam P. 1. Diſp. Phyſ. p. m. 283.* Uniri & communicari non differunt.

§. 41. Omnia corpora producta unum per aggregationem conſtituunt. Ergo recte deſcribitur Creatio per actionem non per actiones.

§. 42. Pnevmaticam pro peculiari diſciplina, à Metaphyſica diſtinãta, habent *Wendelinus, Clotzius, Gutbius, Reyerus, Scharſius, Alſtedius, Meierus, Elerus*; Alii Pnevmaticam referunt ad Metaphyſicam, ut *Jacob: Martini, Scheiblerus, Swarez, Timplerus, Stalius, Zundeshagen.* Alii ad Phyſicam, ut *Ramei, Scribonius, Goclenius, Craſius, Bodinus.* Alii ad ſolam Theologiam, ut *Flutterus, Althufius.* *Pererius* teſte *Henric. Nicolai* duas conſtituit diſciplinas, quarum una agit de ſpiritu infinito, ut Deo; Altera de ſpiritu finito, ut angelo, & anima rationali.

§. 43. A

§. 43. A Negatione Actus secundi ad rem ipsam non valet Consequentia.

§. 44. *Posito Actu secundo ponitur Actus primus, cujus Contrarium Non-nemo posuit.*

§. 45. *Aliud est certum esse, aliud necessarium.*

§. 46. *Vossius Theol. Gentil. l. 3. C. 86. p. m. 1201. ponit Galli vigilantiam pro Causa, cur imago illius à Christianis templorum Turribus imponi soleat.*

§. 47. *Bona Opera Gentilium Deo placent & non placent.*

§. 48. *Adulterium esse necessario, necessitate scilicet absoluta, non hypothetica, turpe defendimus: Vid. Disp. Excell. Philos. Dn. Valent. Velthem/ Moral. Doctoris in Acad. Jenens. celeberrimi, Praeceptoris mei semper Honorandi, de Quaestione: Num Actus dentur per se Honesti aut turpes, quig, adeo in sua Natura sint debiti vel illiciti.*

§. 49. *Solus Finis non constituit Actionem bonam. Patet hoc exemplo furti, propter Eleemosynas exhibendas, commissi. Nulla itaq; est Consequentia: Fines legitimi Conjugii: Sobolis scil. procreatio, & mutuum adiutorium in Polygamia locum habent, Er. est exercenda: Id quod etiam valet de ipsa Scortatione.*

§. 50. *Vulgo Corpus naturale (quod alii vocant Ens naturale, alii Ens mobile, alii Corpus mobile. Vid. C. F. d'Abra de Raconis part. 3. Philos. seu Phys. p. m. 3.) habetur pro Objecto Physices, verum an ea sententia satis commoda sit, dubito: quippe cum Physici sit, totum Hominem, & sic non tantum Corpus, sed & animam, quod sub aliquo materiali, ut objecto, non continetur, considerare.*

§. 51. *Ex mente cujusdam Viri in Pneumat. Intellectus, Voluntas, & Scientia realiter differunt; verba ejus hæc sunt: In Homine Essentia, Intellectus, Voluntas, Scientia plures & realiter inter se distinctæ perfectiones sunt. Quam sententiam etiam defendit M. Franco Burgersdicius, in Idea Philos. Natural. Disp. 26. de voluntate p. m. 106. Nos hanc sententiam pro absurdo habemus.*

§. 52. *Inveniuntur, qui animæ nostræ rationalis immortalitatem ex lumine Naturæ demonstrare conantur; uti sunt Conimbrienses, Fromondus, Pererius, Kenelmus Digbaeus, Compton. Heerebord, Alstedius, Vossius, Scaliger, Morneau, Voëtius, Crocius, Cornelius Martini, Scharffius, Calixtus, Magirus; & desumunt Argumenta (1) ab origine*

E

Animæ

Animæ rationalis. (2) ab Essentia animæ rationalis. (3) A simplicitate animæ. (4) A remotione causarum mortalitatis, (5) A motu animæ. (6) Ab appetitu Homini naturali ad vitam sempiternam. (7) Ex fastidio omnium bonorum hujus vitæ & anhetitu ad alia. (8) Ex insito beatitudinis perfectæ appetitu. (9) Ab operationibus Animæ. (10) Ex fine Animæ, ob quam creata est. (11) A statu Animæ separata. (12) Ab apparitionibus animæ post mortem. (13) A propositionibus æternæ Veritatis. (14) Ab Horrore hujus propositionis; *Anima est mortalis*. (15) Ex absurdis. (16) A Providentia & justitia divina. (17) A voluntate & potentia Dei. (18) à Sapientia Dei. (19) A Conscientiæ Testimonio. (20) A Testimonio Philosophorum. (21) A Consensu omnium Populorum. Quæ Argumenta collegit *Dn. Mag: Schmidt in erudita Dissertatione 1674, Lipsiæ habita: Ad illa respondet, & negativam defendit sententiam*. Nos exercitij gratia negativam nostram facimus.

§ 53. Hominem esse & non vivere, ἀνθρώπου εἶναι & ζῆναι dicitur. *vid Græverii Cent. Illustr. Quest. Theol. p. m. 138.*

§ 54. Disputatur; num ad mortis Essentiam sufficiat sola solutio, num localis separatio requiratur. *Vossius Theol. Genæ* existimat, unione soluta animam adhuc in corpore mortuo esse posse; *Conf. Danhaw. Hodosoph. Eben. p. 439. Quamvis non sine miraculo ibi adesset, nec ut anima, sed ut spiritus.*

§ 55. Animam post excessum, non per modum Homini, sed Angeli subsistere, multi sibi persuasum habent: sed an vere, disquirendum.

§ 56. Variæ inveniuntur definitiones Homini. Communis Sententia est; Hominem esse Animal rationale. Alii sic definiunt; Hominem esse animal terrestre, pedestre, bipes. *Non-nemo* posteriorem approbans, priorem habet pro absurdo; Nos mentem nostram in conspectu aperiemus.

§ 57. Ridiculam sane definitionem Homini adducit *Rabbi Simeon in Logica Hebr. per Sebast. Munster. latine versa, Basil. 1527. ed. C. 10 Homo, inquit, est vivens; loquens; addit explicationem: ecce vivens est Genus, & loquens Differentia. Vel definitur tali modo, Homo est vivens, loquens, mortale; Est autem mors ipsa Differentia ultima, quæ ipsum distinguit ab Angelis.*

§ 58. Negat *David Derodon in Disp. Metaph. de Ente reali p. m. 13.*
Homi-

Hominem actu esse rationalem actu, id est, uti ille explicat, Hominem Actu & rationale Actu esse idem.

§. 59. Non omnis Homo est, seu fuit Filius Hominis. Forsan adduceretur Adam, quem tamen non intelligimus.

§. 60. Sunt, qui citante *Zeidlero*; distinguunt inter materiam Sensibilem s. corpoream & Spiritualem.

§. 61. *Thomas*; *Suarez*, *Vazquez*, *C. F. d' Abra de Raconis*, *Fr. Eustachius à S. Paulo*, *Scheiblerus*, existimant existentiam Angelorum apodictice posse probari ex lumine Naturæ: Argumenta, quæ afferunt, desumunt (1) ab Effectibus. (2) à possibilitate. (3) à perfectione universi (4) Ex incantatorum & magorum operibus. (5) Ab assimilatione ad Deum (6) à Substantia incompleta. (7) Ab improbis operationibus: Verum alii ad hæc argumenta non difficulter respondent. *Vid. Magnif. Dn. D. Hildebrandi Institut. Sacr. D. 9. p. m. 157. Becani Theol. part. 1. Tract. 3. C. 1. Quæst. 1.*

§. 62. Angelis difficulter tribui spiritualitatem, quæ excludit corporeitatem, existimat *Episcopus*.

§. 63. Angelos, licet sint Intellectuales, non tamé esse rationales asserit *Hundesbagen in Tract. Theo-Philosophico §. 34. 48. Gregorius è contra appellat. Rom. 10. in Evang.* Angelos animalia rationalia *Vid. Job. de Rada P. 2. Controv. 5. Art. 2. p. m. 138. de plurificatione Angelorum.*

§. 64. Negata libertate contradictionis non omnis est neganda libertas; Er: licet Angeli boni non agere possint mala, tamen habent libertatem. Methaphysici enim duplicem constituunt libertatem; aliam vocant exercitii, quæ vulgo nuncupatur contradictionis: aliam Specificationis, seu contrarietatis: Istâ destituti sunt Angeli, non hæc. Obiter addimus indifferentiam ad malum in Angelis non esse, attamen ad diversa bona: tum illa indifferentia ad malum non perfectionem, sed potius imperfectionem ponit; id quod exemplis illustrare non esset difficile.

§. 65. Nemo unquam vidit Hominem.



SCHAR-



CHARFIUS est PRÆSES, RESPON-
DENS HORNIUS: Ergo

Parce tibi, OPPONENS, hoc age, par-
ce tibi.

Ambo etenim junctis certant nunc viri-
bus: Ambo

Nominibus junctis, qui vocitantur,
erunt.

*Honoratissimo Dn. Commensalium & Dome-
sticorum suorum pari, Præsidente, Respon-
dendoq; publicè ingenii doctrinaq; singula-
rem laudem merenti, hoc, quicquid est, cum
voto perpetuæ felicitatis scrib.*

M. Johannes Manzell

Gr. Lit. P. P.



HORNIUS egregii splendescit lumine Patris,
Splendescit radiis nec minùs ipse suis.

Cornua splendescunt, ostendunt *cornua* robur:

Splendor inest animo, dictaq; robur habent.

Afferet hoc, audit *cornu* quicunq; *sonorum*,

Non caret hoc *Cornu* robore, luce, sono.

Hinc sibi Fama tubas è *cornibus* efficit, atq;

Cornu hoc ad lunæ *cornua* clara vehit.

*Ita Ornatissimo atq; Eruditissimo DN. HOR-
NIO, Commensali & Amico suo suavissi-
mo adplaudit*

M. Joh. Conrad Neben.

(;o):(o):(o)

Hominem actu esse rationalem actu
Actu & rationale Actu esse idem.

§. 59. Non omnis Homo esse
adduceretur Adam, quem tamen non

§. 60. Sunt, qui citante Zoroastri
Sensibilem s. corpoream & Spiritua-

§. 61. *Thomas; Suarez, Vazquez,
Cebius à S. Paulo, Scheiblerus*, existima-
nt esse posse probari ex lumine Naturae
munt (1) ab Effectibus. (2) à possibili-
tate. (3) à perfectione. (4) à similitudine
Ex incantatorum & magorum operibus
(6) à Substantia incompleta. (7) Alii
alii ad hæc argumenta non difficulter
*D. Hildebrandi Institut. Sacr. D. 9. p. m. 118.
Quest. 1.*

§. 62. Angelis difficulter tri-
corporeitatem, existimat *Episcopus.*

§. 63. Angelos, licet sint Intellectuales
asserit *Hundesbagen in Tract. Theo-Pol.*
appellat. Hom. 10. in Evang. Angelos
da P. 2. Controv. 5. Art. 2. p. m. 138. de

§. 64. Negata libertate contradic-
tas; Er: licet Angeli boni non agere
tatem. Methaphysici enim duplicem
vocant exercitii, quæ vulgo nuncupantur
ficationis, seu contrarietatis: Istam de-
addimus indifferentiam ad malum
diversa bona: tum illa indifferentiam
sed potius imperfectionem ponit;
esset difficile.

§. 65. Nemo unquam vidit

e explicat, Hominem

is Hominis. Forsan

vunt inter materiam

de Raconis, Fr. Eusta-

n Angelorum apodi-

a, quæ afferunt, de su-

rfectione universi (4)

Similitudine ad Deum

erationibus: Verum

nt. *Vid. Magnif. Dn.*

l. part. 1. Tract. 3. C. 1.

tatem, quæ excludit

tamé esse rationales

1. 48. Gregorius de contra-

onalia *Vid. Job. de Ra-*

ngelorum.

nis est neganda liber-

, tamen habent liber-

nt libertatem; aliam

ictionis: aliam Speci-

geli, non hæc. Obiter

on esse, attamen ad

non perfectionem,

mplis illustrare non-

SCHAR-

